



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XX. Kaiser Friedrich II. beleihet Johann und Otto, die Söhne des Markgrafen
Albrecht, mit der Mark Brandenburg und dem Herzogthum Pommern, im
Dezember des Jahres 1231.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

scribi et sigilli nostri appensione iussimus insigniri. Huius rei testes sunt Henricus pincerna, Albertus de Niendorp, Thegenardus aduocatus de Saltwedele, Johannes, Albertus, Fridericus, Hartmannus, Bruniggus, fratres de Redekestorp, Albertus de Lypzeke, Olricus aduocatus de Arneburgh et alii quam plures. Actum apud oppidum nostrum Werben. Anno gracie M^o.CC^o.XX^o.VII^o., nonas Augusti, indictione secunda.

Nach dem Originale des K. Geh. Kabinetts-Archives. Sehr fehlerhafte Abdrücke dieser Urkunde und der Schenkungsurkunde der Mecklenburgischen Fürsten findet man in Buchholz Geschichte der Gurmarschl. IV. S. 61, Lenz Becmannus enucleat. p. 60 und Lenz Brand. Urk. S. 869, einen correcten Abdruck in den Meckl. Jahrb. II, 214—216, besorgt von Lisch.

XIX. Markgraf Johann von Brandenburg verbürgt sich für den König Waldemar von Dänemark wegen des Vertrages, worin dieser für die Befreiung seiner Söhne dem Grafen Günzel von Schwerin 7000 Mark Silber verspricht, im Jahre 1230.

Woldemarus Dei gratia Danorum Sclavorumque Rex — Notum sit, quod nec est forma compositionis facte inter nos ex una et Guncelinum comitem de Zwerin et amicos suos ex parte altera, per Dominum Albertum Ducem Saxonie ac Comitem A. de Orlamunde procurata. Nos pro liberatione filiorum nostrorum omnium et obsidum pro nobis obligatorum dabimus comiti Guncelino septem millia marcarum argenti — — — Et ut hec compositio rata maneat et stabilis perseveret, promiserunt una nobiscum Woldemarus Rex iunior et alii nostri filii, Gerardus Bremensis Archiepiscopus, Dominus Otto Dux de Brunswic, Dominus Johannes Brandeburgensis Marchio, A. Comes de Orlamunde et frater suus, Ernestus Comes de Glyghen, Dominus Nicholas Zlesewicensis Episcopus etc. — Ad maiorem itaque huius compositionis et pacis firmitatem presentem paginam appensione nostri sigilli et presentium sigillorum fecimus communiri. Actum Slesewic Anno Domini M^o. CC^o. XXX^o. Indictione III.

Nach Scheit, Origin. Guelf. IV, 89. 90. Boehmer, Jus feud. 356. Harenberg, Histor. Gandersh. 374.

XX. Kaiser Friedrich II. beleiht Johann und Otto, die Söhne des Markgrafen Albrecht, mit der Mark Brandenburg und dem Herzogthum Pommern, im Dezember des Jahres 1231.

Fridericus secundus, diuina fauente clemencia Romanorum Imperator, semper Augustus, Jerusalem et Sycilie Rex. Requirit imperii cellitudo et dignitas exigit principalis, ut favore Cesareo vota principum compleantur, quorum merita transfundi debent liberaliter in heredes, qui non minus paterne fidei, quam virtutis creduntur effici successores, defectumque parentum circa imperii decus effectu devocionis complere. Inde est igitur, Quod presentis scripti serie notum fieri volumus Imperii fidelibus, tam modernis, quam posteris uniuersis, quod dilectus princeps noster Johannes, Marchio de Brandenburg,

nostro culmini supplicavit, quatinus Marchiam Brandenburgensem cum omni honore et pertinenciis suis et alia feoda, que quondam Albertus, Marchio Brandenburgensis, pater ejus, de manu nostra et imperii possidebat, quemadmodum eidem Alberto genitori suo et heredibus eius privilegium liberalitatis nostre inde concessimus, una cum Ducatu Pomeranie, eidem Johanni, et Ottoni fratri suo, si ipsum Johannem premori contigerit, ac heredibus utriusque, concedere et confirmare de nostre celsitudinis gracia dignaremur. Nos autem attendentes deuocionem et fidem dicti quondam Alberti Marchionis, patris eorum, quam ad nostram et Imperii celsitudinem habuit et quam devote nobis et Imperio seruerit, quoad uixit, Sperantes insuper ab eisdem Johanne et Ottone fratribus, tanquam paterne successoribus fidei, seruicia recipere gracia, predictam Marchiam Brandenburgensem cum omni honore, prouentibus et iuribus ad eam spectantibus, nec non et alia feoda, que nominatus Marchio pater eorum a nobis et imperio noscitur tenuisse, sicut olim eo superstito sibi et heredibus suis concessimus, ita prenomatis Johanni Marchioni et Ottoni, fratri ejus, si premori contigerit eundem Johannem, ac heredibus eorum ex certa scientia, iuxta consuetudinem Imperii concedimus et perpetuo confirmamus, De superhabundanciori gracia nostra confirmantes eidem Ducatum Pomeranie, prout dictus quondam pater et predecessores eorum noscuntur a nostris predecessoribus tenuisse. Presentis quoque Privilegii auctoritate mandamus, quatinus nulla persona, sublimis vel humilis, ecclesiastica vel mundana, dictum Johannem Marchionem et Ottonem fratrem ejus ac eorum heredes contra concessionis et confirmacionis nostre paginam molestare presumat. Quod qui presumpserit, penam quingentarum librarum auri se compositorium agnoscat, medietatem curie nostre et reliquam injuriam patienti. Ad hujus itaque concessionis et confirmacionis nostre memoriam et robur perpetuo ualiturum, presens priuilegium fieri et bulla aurea, typario nostre maiestatis impressa, iussimus communiri. Hujus autem rei testes sunt B. Patriarcha Aquilegiensis, Magdeburgensis, Rauennensis et B. Panormitanus Archiepiscopi. C. Babembergenfis, S. Ratifponensis, Imperialis aule Cancellarius, Wormacienfis, Osenburgensis, N. Regius *), Ymolenfis, Brixienfis Episcopi A. Dux Saxonie, O. Dux Meranie, B. Dux Karinthie, Lantgrauus Thuringie, Comes de Waldeberg, L. Lantgrauus de Luckenberg, A. Comes de Sveburg, H. Comes de Ortenburg, L. Comes de Halremunt, M. Comes de Mulburg, G. de Arnstein Sacri Imperii in Italia legatus, G. Dapifer, C. pincerna de Clingenburg, Th. Comes Alferrenfis, M. Marchio Lantza, Comes de Loretho, Richardus Camerarius et alii quamplures. Signum Domini Friderici Secundi, Dei gracia Inuictissimi Romanorum Imperatoris, Semper Augusti, Jerusalem et Sycilie Regis. Acta sunt hec anno dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo XXXI., mense Decembri, quinte indiet., Imperante Domino nostro Friderico Dei gracia, inuictissimo Romanorum Imperatore, Semper Augusto, Jerusalem et Sycilie Rege, Anno Imperii ejus duodecimo, Regni Jerusalem septimo, Regni uero Sycilie XXX. III. feliciter amen. Ego Syfridus Ratifponensis episcopus, Imperialis aule Cancellarius, vice do-

*) Im Transsumte vom Jahre 1295 steht En. Regius, im Transsumte vom Jahre 1421 N. Regius, wahrscheinlich ist der Bischof Nicolaus von Reggio gemeint. Gercken's und Dreger's Abdrücke haben diesen Namen ganz weggelassen.

mini Colonienſis Archiepiſcopi, tocius Italie Archicancellarii, recognovi. Datum in civitate Ravennae anno, menſe et indictione preſcriptis.

Dieſe Urkunde iſt mehrmals abgedruckt. Am ſchlechteſten nach einem Privilegienbuche des Deutſchen Ordens im Königsberger Archive in von Dregger, Cod. dipl. Pom. I, 149. Nach einem Tranſſumte des Biſchofs Gerhard von Poſen vom Jahre 1421 iſt die Urkunde in Ludewig, Reliqu. manuſcript. XII, 625 f. und nach einem Tranſſumte des Königs Adolph vom Jahre 1295 iſt ſie in Gercken's Cod. VII, 27 mitgetheilt. Zu dem gegenwärtigen Wiederabdrucke ſind, da die Urkunde im Originale nicht zu ermitteln war, die beiden Tranſſumte von 1295 und 1421 verglichen.

XXI. Johann und Otto, Markgrafen von Brandenburg, verzeignen dem Johanniſtiſte zu Magdeburg das Dorf Billingsdorf und Ländereien in Eggersdorf vor dem Grafen Baderich von Dornburg, am 15. October 1233.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Johannes et Otto, divina favente clementia Brandenburgensium Marchiones, Non inutili providentia credimus extiſſe ſtatutum, ut in legitimis contractibus contrahendis ad notitiam futurorum mortalium memoria ſcriptorum teſtimonio iuvaretur, ne ſuſcitarentur abolite queſtiones et morbum paterentur ſopite controverſie recidivum. Ideoque notum eſſe volumus tam preſentis temporis Chriſti fidelibus quam futuri, quod nos recepimus a Domino Bertramo Abbate et Conventu Monasterii Sancti Johannis in monte Magdeburgenſi quadringentas marcas argenti puriſſimi, Pro quibus hereditatem et proprietatem noſtram in villa Billingſtorp totam, videlicet ipſam villam cum triginta quinque manſis eiſdem ac dimidio, cum advocatia et hominibus ad eadem bona pertinentibus et eiſdem ville ac bonorum ac hominum iuribus univerſis, quatuor miniſterialibus noſtris, Conrado, Bertramo, Ade, Heilberto dumtaxat exceptis, qui feudum, quod tenebant a nobis ibidem, ab eodem Monasterio a modo recognoscere tenentur, in preſentia Comitis Bederici de Dornburc, illius terre Comitis, et Scabinorum Comitatus eiſdem, mutuo conſenſu tradidimus, poſſeſſionem vacuum omnium predictorum cedentes Abbati ac Monasterio memorato. Ad hec donavimus eidem Monasterio et Abbati tres areas in villa Ekkehardeſtorp jure perpetuo poſſidendas. Ut quoque venditionis et donationis iam dicte contractus eidem Monasterio perpetuis temporibus maneat inconvulſus, preſentem paginam ſuper hoc conſcribi precepimus et ſigillorum noſtrorum munimine roborari. Teſtes huius rei ſunt Illuſtres viri conſanguinei noſtri Henricus Comes Aſcharie, Henricus et Bernardus filii ipſius, Willebrandus maioris eccleſie Magdeburgenſis prepoſitus, Theodoricus de Dobin; Nobiles vero Theodoricus de Trebar, Comes Conradus de Regenſten, Albertus de Arnſten; Scabini eiſdem Comite Henricus Scultetus, Conradus de Cothene, Bernardus de Ekkehardeſtorp, Henricus Leo, Henricus de Bigere, Burchhardus et Herdovicus fratres de Walleſleve, Heidenricus Praeco, Eico de Repchowe; Fideles noſtri Henricus et filii ipſius de Stendale, Johannes et Henricus, Gozwinus de Boiceneburc, Alvericus de Kerchowe, Herwicus de Wellen, Willekinus de Turnowe, Ber-